

fuetudini, e qualunq[ue] altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, alle quali tutte, e singole, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola infero, e suppleudo Noi colla spienza della nostra Potesta Apostolica ad ogni vizio, e d'fetto quantunq[ue] sostanziale, e formale, che vi potesse intervenire, per questa volta sola, e per la piena, e total'efecuzione, ed effetto di quanto s'esprime nel presente nostro Chirografo, ampiamente, ed espressamente deroghiamo, anche con specialissima derogatoria delle derogatorie piu insolite, efficaci, ed efirenate. Dato dal nostro Palazzo Apostolico Vaticano questo di 9. Marzo 1729. BENEDICTUS PAPA XIII.

Demandatur predicta omnia, que in relato Chirographo continentur, debite executioni per Auditorem Pontificiam.

S.10. Volentes itaque in iuncta Nobis ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa debite executioni demandare, utendo facultatibus Nobis in eodem Chirographo tributis, attenta assignatione annuorum scutorum tercentum, quadraginta pro congrua, ut infra reservata favore admodum R. D. Hieronymi Amati Calbini moderni Vicarii Curati Venerabilis Ecclesie Parochialis S. Nicolai in Arcione, ejus vita naturali durante, per dictum Venerabilem. Conventum, & PP. S. Marcelli Ordinis Servorum in executionem ejusdem Chirographi expleta, mediante attergatione tot Locorum Montium, prout ex fide D. Supraintendentis generalis Secretariarum Locorum Montium Nobis exhibita, tenoris, prout in ea, predictos Venerabilem Conventum, & RR. Patres S. Marcelli Urbis Ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis ad pristinam, & antiquam possessionem. Cura actualis predictae Ecclesie Parochialis Sancti Nicolai in Arcione, ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papa nomine reintegramus, & reintegrari mandamus, eandemque Ecclesiam Parochialem ad Statum Parochi Regularis ejusdem Ordinis iterum reducimus, eisdemque RR. PP. Conventus S. Marcelli amplam, & absolutam facultatem libere, & non obstantibus Dispositione Decreti editi per Sacram Congregationem Visitationis Apostolicae die 23. Februarii 1641., & Brevis respective san. mem. Innocentii X. expediti die 20. Martii 1648., in perpetuum administrandi, & exercendi Curam Animarum ejusdem Ecclesie Parochialis, ac fruendi, gaudendi, & in proprios Usus, ac in mantentionem ejusdem Ecclesie convertendi tam Domum Parochialem, quam omnes, & singulos Canones, aliosque fructus, redditus, & proventus cujusvis generis, & speciei ad Ecclesiam predictam quavis de causa, jure, ac titulo quomodolibet spectant, & pertinent, & alios quoscumque redditus, Utilia, & emolumenta certa, & incerta, ordinaria, & extraordinaria, ex hujusmodi Cura Animarum exercitio quomodolibet provenient, cum onere tamen adimplendi omnia onera cujusvis generis ejusdem Ecclesie, pravia remotione predicti Admodum R. D. Hieronymi Amati Calbini, ac firma illius favore remanente assignatione annuorum scut. 340. liberorum, & exemptorum a quacumque obligatione, & onere in tot fructibus Locorum Montium a die Possessionis specialiter, ut supra attergar. pro integra congrua ipsi reservat., comprehensa pensione Domus in locum habitationis Parochialis, ac pro omni, & toto eo, quod ipse quovis pretextu, & causa pretendere quo-

modolibet posset, & cum confirmationibus, reservationibus, & aliis in eodem Chirographo expressis, eidemque Reverendissimo P. Magistro Generali, ejusque respectivis successoribus facultatem, & auctoritatem privative quoad omnes alios eligendi, & nominandi RR. Parochum, Priorem, Vicarium, seu Rectorem, Confessarios, aliosque Religiosos tam Sacerdotes, quam Laicos de Familia collocandos in eadem Ecclesia S. Nicolai, ejusque Domo Parochiali, pravia tamen approbatione quoad Parochos, & Confessarios Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Vicarii, ac sine praesudicio quoad reliqua jurisdictionis Admodum RR. PP. Provincialium pro tempore Provinciae Romanae, juxta dispositionem Constitutionum, Legum, & Decretorum ejusdem Ordinis, necnon in eadem Ecclesia, & Domo Parochiali eorum arbitrio, & absque alio Beneficentio Apostolico, Indulto, seu licentia S. Congregationis Episcoporum, & Regularium, ac Disciplinae, erigendi, & fundandi formalem Conventum ejusdem Ordinis modis, & formis in eodem Chirographo expressis simili Auctoritate concedimus, & impartimur, & pro praemissorum omnium effectu, & executione quaecumque mandata de reintegrando, immitiendo, manutenendo, expellendo, & alia desuper necessaria decernimus, & relaxamus, juxta in omnibus, & per omnia formam, seriem, ac tenorem memorati Chirographi, non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, supra relatis Decreto Sac. Congregationis Visitationis Apostolicae, ac Brevis san. mem. Innocentii X. Decretis, & resolutionibus Sac. Congregationum Episcoporum, & Regularium, ac Disciplinae, Concilii, Legibus, Statutis, ceterisque aliis, quibus idem Sanctissimus Dominus Noster Papa in praescripto Chirographo derogavit. In quorum fidem &c.

Datum Romae ex Palatio Apostolico Vaticano, & ex Aedibus nostris hac die 12. Martii 1729. BENEDICTUS PAPA XIII.

CCLXVI.

Dispensantur & absolvuntur a voto Magistratus, & Electi Civitatis Pampilonensis; quo sese adstrinxerant scenicas operas, & Comedias nullo unquam tempore permitturi.

Dat. 17. Mart. 1729. Ann. 5.

De Commutatione predicti voti cum alio opere vide alias hujus Const. ed. 1725. Mart. 9. P. 1. & 1726. Apr. 28. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

S.1. Motu proprio &c. Exponi nuper Nobis fecerunt Magistratus, seu Electi publici representantes Civitatis Pampilonen, quod cum ipsi de anno 1721, ut a Contagio, seu Pestilentia imminente flagello liberarentur, cum approbatione, & consensu Vicarii Generalis, etiam nomine Civium, & incolarum, predictae Civitatis, illorum tamen consensu praecedenter non requisito Voto perpetuo sese adstrinxerint nullo unquam tempore Scenicas Operas seu Comedias facere, nec illas fieri permit-

Voto predicto sese adstrinxerunt Magistratus Civitatis Pampilonen, ut a Contagio liberarentur.

Causa, quibus impeditur dispensationem ab illo petiverant.

Et re vera obtinuerunt commutari in aliud pium opus annuum pravia tamen ejusdem dispensatione.

Rursus quibusdam de causis, loco supradictae annuae commutationis, aliud pietatis opus pro unica vice tantum praescriptum eisdem fuit.

mittere, neque ceteris Comcediorum, seu Histrionum admittere; Et sub inde paucos post annos Voti prompte servati, teste experientia agnoverint illius observantiam potius ad destructionem, quam ad publicam adificationem esse verisimam non solum quia Cives, & Incolae dum prius Comcediis honestis detinebantur, prout summa cum honestate semper illae expletae fuerunt, ad alia minus honesta oblectamenta, Chores, Tripudia, aliasque privatas recreationes sese divertebant, sed etiam quia pia Domus Orphanorum, & Superiorum predictae Civitatis cujus est Theatrum, in quo praedictae Comediae recitabantur redditibus, & proventibus, qui ex d. Comcediis non modice exigebantur, ex quibus praedicti Orphani, & Spuria aiebantur, privata prius remansit.

S.2. Hinc ne pia Domus praedicta perpetuo Subsidio diutius orbata remaneret, ac ut Cives, & Incolae praefata Civitatis Gratiae receptae memoriam perpetuo conservarent, mediante aliqua pia actione publica, seu Sacra Functione singulis annis in Gratiarum actionem explenda, iidem Oratores Votum praedictum pravia dispensatione in utroque Foro in obligationem publicae exponendi solemnem Ritu, & pompa Sanctissimi Euchariisticae Sacramentum per tres continuos dies a Reverendissimo Episcopo Civitatis praedictae praescribendos, quorum ultimo post solemnem Sacrificium, Hymnum Te Deum laudamus pro Gratiarum actione, musicis modis cantare facere, & in Festo Purificationis Beatae Mariae Virginis pariter singulis annis solemnem supplicationem indicere tenerentur, per Nos commutari obtulerunt per litteras Apostolicas in forma Brevis nostrae Poenitentiariae, de illius consultatione, & de mandato nostro expeditas sub datum septimo Idus Martii, Pontificatus Nostri anno primo, directas eidem Reverendissimo Episcopo Pampilonen, vel ejus Vicario Generali.

S.3. Cumque super hujusmodi commutationis executione non leves ortae fuerint difficultates, & praesertim, quia pro tridua expositione Sanctissimi Venerabilis annuatim facienda cum Missa solemnem, & Musica, ac Processione pariter Ritu solemnem peragenda visum fuit, quod omnino dos congrua perpetuo assignanda foret, ne contingeret aliquando ob hujusmodi defectum tales solemnes, & votivas functiones praeteriri, & pro tali certa dote constituenda coarctari deberent omnes de gremio dictae Civitatis ad certam contributionem, quae non ita de facili habenda praevisa fuit, citra censuram, quod ea, quae pietatis intuitu praescribi contingeret, extorsioni imputarentur; Ideo ad haec evitanda, ac pro majori conscientiarum quiete, habito per ipsos noviter ad Nos recursum, supplicando, ut loco supradictae annuae commutationis aliquod aliud pietatis opus, non tamen perpetuum, sed pro unica vice tantum praescribere dignaremur. Nos, attentis expositis, praedictam voti commutationem confirmantes, illud in elemosynam scutorum quingentorum monetae solventium fabricae Ecclesiae Fratrum Carmelitarum Calceatorum de Tudela in Hispania in utroque foro commutavimus, dummodo vere constare Nobis fecissent de effectiva solutione enunciatae elemosynae pro unica dumtaxat vice, prout ex

consimili Brevis nostrae Poenitentiariae sub Dat. 6. Kal. Maji Pontificatus Nostri Anno II.

S.4. In cujus nostrae Brevis executionem, cum idem exponentes plene constare Nobis fecissent de reali solutione superius memoratae elemosynae per autenticam quietantiam, seu attestationem Prioris, & Fratrum ejusdem conventus in eadem nostra Poenitentiarie exhibitam; Nos benigne declaravimus praedictam Civitatem Pampilonen, ejusque Magistratum, Cives, & Incolas de cetero ab observantia hujusmodi emitti voti in utroque foro solutos esse, ac remanere ut prius antequam illud emitteretur, ita quod a nemine quavis auctoritate fungente, & quovis intuitu, & pretextu eadem opera, & scenicae recreationes impofterum impediti possent, prout ex alio consimili Brevis ejusdem nostrae Poenitentiarie de simili mandato expedito 12. Kal. Aprilis Pontificatus Nostri Anno III.

S.5. In cujus pariter executionem cum ipsi Oratores, obtenta prius debita licentia ab Officiali principali Ordinarii Pampilonensis, coeperunt comedias parare, & assuetam Comico-rum Societatem instruere, paratissime omnibus ad recitandum, Ordinarii praedictus, nemine instante, aut reclamante, diffinitivam promulgavit Sententiam, in qua sine praesudicio praedictorum Brevis, declaravit praedictum votum validum, legitimum, ac obligatorium, & omnibus interdixit recitationem comediarum sub poenis pecuniariis, & Censuris Ecclesiasticis, & occasione hujusmodi Sententiae plures recursum hinc inde habiti fuerunt ad Reverendissimum Nostrium in Hispania Nuncium, aliaque Tribuna-lia; Ac exposito subinde Nobis ex parte Provisoris, seu Vicarii Generalis ejusdem Civitatis, a veritate alienum esse quidquid per Oratores pro obtinenda relata commutatione fuerat praecedenter Nobis narratum, quae propterea executioni nullatenus demandari, sed immo penitus revocari debebat, veluti subreptionis, aut obreptionis vitio laborans, nedum circa exposita minime verificata, verum etiam quoad realem qualitatem Comcediarum, & Histrionum, ex quorum obsequio artibus Animarum pericula oriri solent, attento quoque, quod enunciata sc. 500. in elemosynam, ut supra soluta extracta fuissent, ut ipse assererat, ab Hospitalibus dd. Orphanorum, & Expositorum, non vero erogata de proprio, prout ab Oratoribus asser-tum fuerat, Nos, mutato in melius consilio, supra enunciatas litteras in forma Brevis editas pro commutatione praevia voti revocare non dubitavimus, prout illas revocavimus, ac pro revocatis haberi volumus, ac si nunquam editae fuissent; Votum hujusmodi propterea per Nos subreptitae commutationis ad pristinam, & plenam observantiam restituimus, ex novo ejusdem Poenitentiarie Brevis sub Dat. 10. Kal. Januarii Pontificatus Nostri Anno IV.

S.6. De quo habita per exponentes notitia, & de rationibus subreptionis, & obreptionis per Vicarium praedictum Nobis deductis, iidem Oratores sentientes sese valde laesos tam propter expressionem, quod comediae sint inhonestae, & obscenae, quando in oppositum tam opera, quam recitationes omni honestate representantur, & a Catholico Rege permittuntur, quam ex causa solutionis enunciatae elemosynae per ipsos de proprio adimpletae, non autem ex effectibus ejus-

Quod quum executioni mandavissent ab observantia hujusmodi emitti voti soluti declarati sunt.

Lites hac super re inter Ordinarium, & eosdem, exortae; quibus factum est ut a Pontifice vocum praedictae ad pristinam observantiam restitutum, a fuit.

Preces praedictorum Magistratum pro revocatio-ne hujus praescripti Brevis

Pro sigillo
Confessionis
atrocissime
patitur, &
mortem subit

care optans, seorsum privatis obsecrationibus
sepenumero adgressa fuerat.

§.4. Sed Rex crimina criminibus addens,
piis optima Reginae officiis in furorem actus, eo
prolapsus est, ut quæ illa in sacramentali Con-
fessione cleemosynario, atque uni Deo aperiret,
ab eo sibi patefieri debere, nefario ausu conten-
deret: magnisque hoc pollicitationibus a Joane
extorquere semel atque iterum laboravit.
Mox novum Regis atrocissimum facinus in Co-
co, verubus transfixo, atque igne assari iussu,
aliis præ horrore, & stupore tacentibus, a Joane
leniter objurgatum, ejus immanitatem in
Dei famulum irritavit. Quare cleemosynarium
contumeliis affectum, carceri, & vinculis man-
cipat, inde non educendum minatus, nisi Regi-
nae Confessionem pandat. At ejus constantiam
in vinculis, & postmodum in convivio Wences-
laus expugnare frustra molitus, catastra impo-
situm, tormentis, & facibus ad latera admotis,
ut secretum proderet, torqueri imperat: quo
in agone Christi pugil nihil prorsus, nisi ipsuavi-
sima Jesu, & Mariæ nomina ingeminans, vitam,
& mortem Domino commendavit. Carcere
hinc dimissus, curatque vulneribus, Vir Dei
secum immaniter acta prudens celavit, resum-
ptoque pristino Concionum exercitio in *Ede*
principe, quum ad populum verba illa Christi
Domini protulisset, *modicum videbitis me; & jam*
non multa loquar vobiscum, sibi pro Christi, &
Ecclesiæ lege occumbendum prænuaviavit. Tum
uberimis lacrymis Regni infortunia, & even-
turas brevi calamitates memorans, inque ma-
gno luctu omnes relinquens, Concionem absol-
vit. Supremum igitur agonem sibi instare præ-
nosens, antiquam Deiparæ imaginem venera-
turus. Boleslaviam profectus, ejus præsidium
vehementissimis precibus flagitavit. Inde Pra-
gam vespere pervigilii Dominicæ Ascensionis re-
ducem e fenestra Rex conspicatus, ad se arcessit,
mortem interminatus, nisi arcanas Conjugis
Confessiones statim exponat. Sed fortissimas Dei
miles intrepide relinquit, impium facinus quod
ab se requirebatur, non voce, sed capitis, vul-
tusque gravitate averfatus est. Mox iussu regio
a satellitibus comprehensus, alio clam deporta-
tur, noctuque manibus, & pedibus vinculus, ad
Pontem Moldavæ, Pragam præterfluentis, de-
ductus, in subiectum Flumen præcipitatur.

Joannis Mar-
tyrii, & San-
ctæ Mariæ
miraculis
patefacta.

§.5. Joannis cædem, quam Wenceslaus la-
tere voluerat, caelestia statim miracula prodi-
derunt. Totus enim Moldavæ Fluvius continuo
flammis reluxit, & Martyris Corpus secundo
Flumine, quasi facibus undique cinctum, de-
scendens, effusam ad spectaculum Civitatem atr-
traxit, Regina ipsa sceleris nescia, Conjugi ne-
cis auctori prodigium indicante: qui criminis
conscientia tortus, humanum consortium tri-
duo ferre non potuit. Postero die repertum
Martyris Corpus, cædisque causâ patefacta, ad
proximam Edem Sanctæ Crucis perlatum est,
subinde ad Metropolitanam Ecclesiam, ubi
ægras quamplurimos sacrarum exuviarum con-
tactu sanatos, vetera monumenta copiose te-
stantur. Signis postea non paucis ad Martyris,
qui Dei gloriam eloquio juxta, ac silentio am-
plificare studuerat, loculum sepulcralem pate-
factis, ejus veneratio, & fama Sanctitatis in to-
to Regno Bohemiæ per medias heresum, & bel-
lorum flammis mirifice aucta, Germaniam uni-

versam, & Septentrionales oras pervagata est.
Hisce de rebus uberes Commentarii, Joannis
Martyrium, miracula, & cultum immemora-
bilem, minimeque interruptum recensentes,
ab anno millesimo septingentesimo decimo quin-
to ad annum millesimum septingentesimum vi-
cesimum in Sede Archiepiscopali Pragensi pub-
blica, solemnique caremonia confecti sunt: quo
tempore invicti Martyris corpufculo juridice
recognito, & carne, ac membris in cineres pri-
dem conversis, licet tota ossium compago super-
esset, lingua sigilli Confessionis sacramentalis
inexpugnabilis custos, in ore, & Cranio terra-
pleno, prorsus incorrupta, flexilis, & vivida re-
perta est. Hæc vero in theca honorifice inclusa,
anno millesimo septingentesimo vicesimo primo
in solemnî supplicatione maximo Christiani Po-
puli gaudio circumlata est.

§.6. His porro Commentariis ad pie recor-
dationis Antecessorem nostrum Clementem Pa-
pam XI. allatis, perque venerabiles Fratres no-
stros Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, sa-
crorum Rituum Congregationi præpositos, & Ca-
nonico examine comprobatis, officium, & Sa-
crofanctum missæ Sacrificium de eo sub ritu
communi unius Martyris in Bohemia, Germa-
nia, aliisque Regionibus celebrandi, sacricque
Corporis ex tumulo seorsum posito, & repagulis
ferreis munito, infra Mensam Altaris transfe-
rendi, facultas concessa est: quo translato, no-
visque Commentariis hac de re Apostolica Au-
thoritate conscriptis, die vigesima septima Ja-
nuarii Anno Domini millesimo septingentesimo
vigesimo quinto sacra linguæ prodigiosa incor-
ruptio denuo explorata, omnes quotquot ade-
rant permultos gravissimos viros, reique ana-
tomicæ peritos repentino spectaculo in summam
admirationem convertit, ubi in conspectu uni-
versorum spatio ferme unius horæ lingua subof-
cura a radice, quasi rubrum colorem induens,
& palam intumescens, hujusmodi colorem sen-
sim in purpureum mutavit.

Joannis Mar-
tyrii, a Ro-
mana Ecclesia
canonice com-
probatur, &
ejus lingua in
corrupta.

§.7. Itaque per venerabiles Fratres nostros
S. R. E. Cardinales Viri Dei martyrio, & prodi-
giis coram Nobis accurate recognitis, atque
perpensis, & duobus præsertim ex recentioribus
miraculis una cum iis, quæ ad linguam perti-
nent, voce unanimi comprobatis: uno scilicet
Annæ Teresæ Crebân, a sex mensium paralyfi,
& atrophia in laevo brachio percussa, quæ sub
finem novemdiæ jejunii a se instituti in hono-
rem Beati Joannis, momento citius convaluit:
altero vero in septenni puella Rosalia Hodan-
ckiana, noctu in Flumen Wastavam lapsa, quæ
ejusdem Viri Dei patrocinio a Matre implorato,
post horæ spacium ex aquis, ubi mersa jacuerat,
incolumis educta est: Nos Joannem Nepomuce-
num, ob servatam legem arcani Confessionis
Sacramentalis violenta nece peremptum, consue-
te Ecclesiæ Romanæ ritu in Sanctorum Christi
Martyrum Canonem referre decrevimus: pro
quo referendo charissimus in Christo filius noster
Carolus VI. Imperator electus, Hispaniarum,
Catholicus, & Romanorum, Hungariæ, ac Bohe-
miæ Rex illustris, & charissima in Christo filia
nostra Elisabetha Christiana, ejusdem Caroli
Uxor, & Amalia Vidua claræ memoriæ Josephi
olim Imperatoris electi, itidemque charissimus
in Christo Filius noster Fridericus Augustus Po-
loniæ Rex illustris, compluresque S. R. E. Car-

Joannis myra-
cula a Sede
Apostolica re-
cognita, & un-
dequaque co-
lata.

dina.

Sanctorum
Martyrum
Canon ad-
scribitur.

dinales, Archiepiscopi, Episcopi, & Germaniæ
Principes ab initio causæ supplices preces huic
Apostolicæ Sedî porregerant, suasque jam por-
rigit venerabilis Frater Ferdinandus Archiepi-
scopus, & præ ceteris dilecti Filii, Capitulum,
& Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Pragensis,
eximia, & plane singulari erga Collegam suum
devotione inflammati.

§.8. In tribus ergo Confortiis, & plenario
conventu eorumdem venerabilium Fratrum no-
strorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum,
Archiepiscoporum, & Episcoporum, nobiscum
Romæ presentium, universis ad Beatum Chri-
sti Martyrem Joannem Nepomucenum perti-
nentibus pro more discussis, unanimi sententia,
per Apostolicæ Sedis Notarios coram Nobis ex-
cepta, post tantæ rei persiciendæ solemnem
diem indictam, perque orationes, jejunia, &
cleemosynas Omnipotentis Dei opem in re tan-
ta absolvenda ferventissime imploratam, omni-
bus, quæ ad Antecessorum nostrorum Roma-
norum Pontificum Constitutiones, & S. R. E.
disciplinam agenda erant, summa Religione per-
actis, hæc ipsa die in honorem Beati Josephi Con-
fessoris, & Deiparæ Sponsi Deo sacra, una cum
jam dictis venerabilibus Fratribus nostris S. R. E.
Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, &
Episcopis, & maxima utriusque Cleri, & Po-
puli frequentia in Sacrosanctam Basilicam Late-
ranensem Deo supplicantes convenimus, ubi se-
mel, iterum, & tertio pro Christi famulo Joane
Nepomuceno Sanctorum Martyrum Canonî
adscribendo, per dilectum Filium nostrum Mi-
chaelem Fridericum S. R. E. Tituli S. Sabinae Pres-
byterum Cardinalem, ab Althann nuncupatum,
repetitis precibus exorati, post cantatas
sacras orationes, & Spiritus Sancti gratiam hu-
millime invocata, ad honorem Sanctæ, & in-
dividuae Trinitatis, Fidei Catholicæ exaltatio-
nem, & Christiani nominis incrementum, au-
thoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spi-
ritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri,
& Pauli, ac nostra, de eorumdem venerabilium
Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Pa-
triarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum,
nobiscum in plenario conventu Basilicæ
Lateranensis presentium, consilio, & unanimi
consensu, Beatum Joannem Nepomucenum,
Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis in Regno
Bohemiæ Presbyterum, & Canonicum, de cu-
jus Sanctitate, martyrio, causâ martyrii, &
miraculis plene constabat, & constat, Sancto-
rum Martyrum Canonî adscribendum decrevi-
mus, & definitivimus, prout presentium tenore
decernimus, definimus, & adscribimus, eun-
demque per omnes Christianos tanquam vere
Sanctum, & Christi Martyrem, honorari man-
davimus, & mandamus, statuentes, ut ab uni-
versâ Ecclesiâ in ejus honorem ades sacra, &
Altaria, in quibus incrementum Sacrificium Deo
offeratur, ædificari, & quotannis decimo septimo
Kalendas Junias solemnia ejus, ut Sancti Mar-
tyris celebrari possint.

Indulgentiæ
viventibus
Joannis exu-
vias concessit

§.9. Insuper eadem auctoritate, omnibus
Christifidelibus vere poenitentibus, & confessis,
qui eodem solemnî die in memoriam Beati Chri-
sti Martyris Joannis Nepomuceni quotannis ad
ejus exuvias, quæ Prage in æde principe in
honorem Beati Viti Martyris Deo sacra adser-
vantur, venerandas accesserint, annum, & qua-

dragenam, iis vero, qui in octava ejusdem
diei festi, quadraginta dies de injunctis, seu quo-
modolibet eis debitis poenitentis, misericordi-
ter in Domino relaxavimus, & relaxamus.

§.10. Postremo gratis Deo actis, quod Ec-
clesiam suam insigni hoc novoque luminari illu-
strare voluisset, cantata in honorem S. Marty-
ris Joannis Nepomuceni solemnî oratione in Ara
maxima Basilicæ Lateranensis sacrosanctum Mis-
sæ Sacrificium celebravimus cum ejusdem Mar-
tyris commemoratione, omnibusque Christifi-
delibus tunc presentibus plenariam omnium
peccatorum indulgentiam concessimus.

Exponitur
quid quid ge-
stus in ejus
Canonizatio-
ne.

§.11. Decet igitur, ut pro tam peculiari,
magnoque beneficio Nobis concessio omnes be-
nedicamus, & glorificemus Deum Patrem, ho-
norum omnium auctorem, cui est honor, & glo-
ria in secula, assiduis precibus ab eo flagitantes,
ut per intercessionem electi sui Martyris Jo-
annis Nepomuceni a peccatis nostris indignatio-
nem suam avertens, ostendat nobis faciem mi-
sericordiæ suæ, immittatque timorem sui super-
gentes, quæ non cognoverunt eum, ut tandem
cognoscant, quia non est alius Deus, nisi Deus
noster.

He literæ u-
bique fides u-
obtinant.

§.12. Ceterum quia difficile foret, presentes
nostras literas ad singula loca, ad quæ opus ef-
set, adferri, volumus, ut earum exemplis, etiam
impressis, manu publici Notarii subscriptis, &
sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica
constitutæ munitis, eadem ubique fides habe-
atur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si essent
exhibite, vel ostensa.


§.13. Nulli ergo omnino hominum liceat
hanc paginam nostræ definitionis, Decreti,
adscriptiois, relationis, mandati, Statuti, re-
laxationis, & voluntatis infringere, vel ei te-
merario ausu contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumserit, indignationem Omnip-
otentis Dei, ac Beatorum Petri, & Paoli Apo-
stolorum ejus se noverit incursum.

Nemo hanc
paginam in-
fringere au-
deat.

Datum Romæ apud Sanctam Petrum anno
Incarnationis Dominicæ millesimo septingente-
simo vigesimo octavo, quarto decimo Kal. Apri-
lis, Pontificatus nostri Anno Quinto.

Ego Benedictus Catholicæ
Ecclesiæ Episcopus.

Subscriptio-
nes Pontificis
& Cardina-
lium.



A a a

f Ego

ejusdem Hospitalis, Nobis idcirco iterum supplicarunt, ut pravia confirmatione priorum Brevium, ad Nos avocando, & extinguendo quaecumque litem desuper quomodolibet, & ad eujusvis Instantiam exortam, ac sublato de medio quocumque alio posteriori Brevi in contrarium ut supra obtento, benigne declarare dignemur, Magistratum Oratorum, & Populum praedictae Civitatis haberi, & reputari pro liberis, & absolutis a quocumque voto, & ligamine vigore enunciatorum Brevium in utroque Foro dispensato. Nos itaque, habita prius in praemissis relatione tam praefati Reverendissimi nostri Nuncii, quam plurium Religiosorum ejusdem Regni Hispaniarum, attenta solutione memoratae elemosynae de proprio adimpleta, & in eadem nostra Poenitentaria legitime justificata, Justitiae quoque causa publica, ne praedictum ullo modo aseratur Hospitali praedicto Orphanorum, & Projectorum, & quod iuxta relationes praedictas comediae, & opera scenica ibidem ea qua decet honestate exponi, & representari assolent, pro ipsorum, & Populi praedicti conscientiarum quiete, attento praesertim Civium, & Incolarum dissenso, qui in expositione memorati voti vocati, neque requisiti ultatenus fuerunt, prout Nobis sufficienter constare curarunt, eorum precibus annuere, prout infra decrevimus.

Confirmatur, & approbatur Brevia supra iudicata favore d. Oratorum, expedita pro commutatione, & dispensatione praedicti voti.

§.7. Motu igitur proprio, certa scientia, ac de Apostolica Potestate plenitudine, verum, & integrum tenorem omnium supra relatorum Brevium tam dispensationis, & commutationis enunciati voti, quam illorum revocationis, ac statum, & merita causa super illorum executione, ac observatione respective praedicti voti quomodolibet introducta, & adhuc forsitan pendens in eadem Curia Episcopali Pampilonen., & eorundem Nuncio Apostolico Hispaniarum, & alio quocumque Iudice, & Tribunali praesentibus pro expressis habentes, lites praedictas ad Nos avocantes, illas penitus extinguimus, & abolemus, ac Procuratori Fidei dicte Curiae Episcopalis, & aliis quibuscumque ad causam quomodolibet admittis, & interesse quomodolibet habere praetendentibus, perpetuum silentium imponimus, ac pravia revocatione, annulatione, & abolitione novissimi Brevis revocatori ad instantiam praedicti Provisoris, seu Vicarii Generalis Pampilonen. tanquam subreptitiae, seu obreptie obtenti, quod nullius roboris, & efficaciae declaramus, ac si nunquam emanasset, supra relata priora Brevia favore dictorum Oratorum expedita pro commutatione, & dispensatione voti signanter annis 1525. & 1727. cum omnibus in eis contentis specialiter expresse, & amplissime confirmamus, approbamus, renovamus, & revalidamus, ac totali, & omnimoda executioni demandari decernimus, & mandamus.

Fenno istem absoluti & dispensato voto declarantur.

§.8. Necnon quatenus opus sit, attenta solutione praedictorum scutorum quingentorum, per Oratores expleta, prout per Nos in secundo Brevi inunctum extitit, de qua plene, & per authenticam quietantiam, seu attestacionem Prioris, & Patrum Conventus praedicti constare fecerunt, iterum declaramus praedictam Civitatem Pampilonensem, ejusque Magistratum, Civem, & Incolas ab observantia hujusmodi emissi voti in utroque foro solutos esse, ac remanere,

prout prius antequam illud emitteretur, ita quod a nemine quavis auctoritate fungatur, & quovis sub praetextu, causa, vel quovis colore eadem opera, ac scenicae recreationes impofterum perpetuo impediri possint.

§.9. Decernentes praesenti nostro motu proprio, licet non admisso, neque in Camera Nostra registrato non posse ullo unquam tempore opponi de subreptione, obreptione, vel altero quovis vitio, aut defectu voluntatis, vel intentionis nostrae, etiam ex eo quod praedictus Provisor, seu Vicarius Generalis, vel ejus Procurator Fidei, & alii forsitan interesse habentes ad hoc vocati non fuerint, vel ex quavis alia causa quantumvis legitima, urgente, & iuridica, etiam necessario exprimehda notari, impugnari, invalidari, ad terminos Juris reduci, & in Jus, ac controversiam revocari, aut adversus illas quocumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari posse, sicque, & non aliter per quoscumque Iudices Ordinarios, Commisarios, vel Delegatos, & Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam a Latere Legatos, Nunciosque Apostolicos iudicari, & definiti debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac ex nunc irritum, & inane, nulliusque roboris, & efficaciae, quidquid fecus super iis, & circa ea, quavis auctoritate etiam a Nobis, aut Successoribus Nostris pro tempore existentibus contigerit attentari.

Clausula.

§.10. Non obstantibus praemissis, ac novissimo Brevis revocatorio supra relato, Constitutione Pii IV. Praedecessoris Nostri de registrandis, Regula Cancellariae nostrae de jure quaesito non tollendo, Constitutionibus conciliaribus, generalibus, & specialibus, ac quibusvis aliis legibus, statutis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, consuetudinibus, reformationibus, decretis, Constitutionibus, Ordinationibus, privilegiis, & Indultis Apostolicis per Nos, & Romanos Pontifices Praedecessores Nostros sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis etiam motu simili concessis, confirmatis, approbatis, seu innovatis, quibus omnibus, & singulis, ac omnibus aliis hic non expressis, quae forsitan praesenti Gratiae obesse possent, etiam si de illis specialis, specifica, & expressa mentio habenda, & certa forma servanda foret, illorum tenores praesentibus pro expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat harum serie, motu, & scientia similibus specialiter, & expresse derogamus, ac plene, & sufficienter derogatum esse decernimus, & declaramus.

Derogatoris

Datum Romae ex Nostris Palatio Apostolico Vaticano hac die XVII. Martii MDCCXXIX

CC LXVII.

Promulgatur Canonizatio B. Joannis Nepomuceni, Ecclesiae Pragensis Canonici, Dat. 19. Martii 1729. Ann. 5.

Alia hujus Const. ed. 1726. Dec. 31. P. 3. promulgata fuit Canonizatio B. Stanislawi Koszka.

BE-

BENEDICTUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI,

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Christus Dominus semper Ecclesiam suam contra hostes defendit.

Christus Dominus, qui priusquam in Coelum ascenderet, suae Ecclesiae, supra firmam petram aedificatae, spondit, se usque ad finem saeculi curaturum, ne ullo unquam tempore adversus eam porta Inferi praevaleret, si-ve cruenta persecutionum procellae, si-ve impia dogmata Haereticorum eam concutere identidem conarentur; quotidie sub oculis nostris suae hujus promissionis maxima argumenta ad Christianam fortitudinem in suorum fidelium cordibus augendam, edere non cessat. Quum enim singuli fidei catholicae articuli, ipsius Redemptoris nostri, & Apostolorum ore vulgati, magnos praecones, & sanguine suo coram Tyrannis, aliisque Dei hostibus purpuratos testes habuerint tandem repertus est etiam qui Sacramentum poenitentiae, secretumque peccatorum confessionem auricularem, ordinario ejus Ministro Sacerdoti factam, contra posteriorum aetatum Haereticos in antecessum propugnaturus, Martyr invictus oppeteret: quam quidem confessionem una cum lege, & obligatione divinitus lata, quae ad illius secretum attinent, religiose celandi, antiquissimi Ecclesiae Patres miro semper, unanimique consensu commendaverunt, & tota Ecclesia ab initio observavit, ac modo sanctissime observat.

Jo. Nepomucenus pro sigillo Sacramentalis confessionis contra Haereticos suando a Deo datus.

§.1. Itaque sub finem saeculi a Christo nato XIV. quum in vineam, a Christo Domino plantatam, ejusque pretioso sanguine aspersam ventus urens pravorum dogmatum irruisset, Waldensium, & Albigenium insausa sobole (Catharis nimirum, Patarenis, & Manichaeis) in catholicam veritatem bacchante, quae praeter alia permulta, confessionis, & poenitentiae sacramentum subvertere conabatur; quumque ex pestilentissimis libris Wicleffi prognata Hufsiarum secta florentissimo Regno Bohemiae immineret, per insignis Ecclesiae Pragensis, praecipua Romanae filia, ac totius Regni mater, filium suum Joannem Nepomucenum pro sigillo sacramentalis Confessionis undequaque servandos, adversus novos Inferorum conatus murum opposuit; unde factum, ut Joannis constantia glorioso martyrio coronata, compluribus signis in tota Bohemia, & Germania a Deo illustrari meruit: quae tandem hanc Sanctam Romanam Ecclesiam, cui, auctore Christo Domino, praesidemus, permoverunt, ut virum Deo charum, sanctorum Christi Martyrum Canonum per nos ascribendum sanciret. Priusquam vero anteaquam ceremoniam enarrare sagrediamur, maxime decet, ut de Beato Martyre aliqua proferamus, ut illius Sanctitatis memoria in Fidelium animos dulcius illabatur.

Jo. Nepomuceni ortus, educatio, & munera.

§.2. Nepomuci, Bohemiae Oppido, Praga in Bavariam ituris obvio, perque Sanctum Adalbertum Pragensem Antistitem, & Martyrem, signis olim nobilitato, Joannem ineunte jam saeculo decimo quarto parentes ejus, pietate magis, quam avorum titulis clari, precibus, & votis ad Dei Matrem fufus, impetraverunt. Egredia, & vere Christiana pueri indoles probe

exulta statim illuxit. Formula enim, Presbyteris Divinum sacrificium facturis inserendi percepta, sponte sua ad Coenobium Monachorum Cisterciensium, Nepomuco adjacens, primo mane decurrere, singulisque Dei Ministris ad Aras operaturis ministrare consuevit. Adultior factus, mitioribus literis, ac postea gravioribus disciplinis, quae Dei obsequis destinandum juvenem praecipue decerent, sedulo instructus, Ecclesiasticae militiae nomen dare constituit; praemissoque in tanta rei cogitatione mente ab omnibus negociis vacuo, presbyteratum suscepit, eique in Aede Pragensi Beatae Virginis, quam *Letam Curiam* appellant, verbi Dei promulgandi onus inunctum est: quod a summis, & disertis viris ibidem antea occupatum tanta ipsius prudentia, & fervore implevit, ut Evangelii semina audientium cordibus inferens, populi expectationem aequaverit, ac Superiorum, qui in eodem officio praeverant, desiderium extinxerit. Hinc universis doctrinam, virtutemque Joannis collaudantibus, inter Metropolitanis Ecclesiae Pragensis Canonicos, Joanne Archiepiscopo agente, una plane omnium voce cooptatus est, ei statim in eadem Ecclesia coram Carolo IV. Imperatoris filio Wenceslao Romanorum, & Bohemiae Rege IV. sacras conciones habenti, nova Provincia imposita: qua Joannes pro sua modestia se frustra abdicare tentavit. Compluribus annis poenitentiam contra scelera, Aulicam licentiam, corruptosque mores strenuus ecclesiasticus praedicavit, Wenceslao, sana ejus eloquentia victo, necdum in vitorum fordes lapsus, multa Viri Dei suafu faciente: qui tanto etiam ejus ornandi studio incensus est, ut praecipuis Regni dignitatibus, Praepositura scilicet Ecclesiae Wiserhadensis, post Archiepiscopalem primariam, & Sedis Litomislensis fastigio Episcopali, ultro oblatis, Joannem honestare percuperet.

Lucro Animate interitus honores respuit. Sic Confessarius Joanne Regine.

§.3. Sed ille opulento lucro animarum unice intentus, hujusmodi se honorum amplitudini generoso consilio subduxit. Ne tamen illorum contemptu in superbiae notam incurreret, summum tandem elemosynarii munus a Rege, eiusque optima coniuge Johanna, Alberti Bavariae Ducis filia collatum, accepit: in quo exercendo praeclearis animi dotibus tota Aule preluxit, & Joanna Regina, Christianis virtutibus instructissima, suae conscientiae arbitrum esse voluit: quod exemplum Pragensis arcis sanctimoniales secuta, ad summum perfectionis apicem eo duce, convolarunt. Haec prima in viro Dei Sanctitatis prelude absolutam consummationem aliunde acceperunt, ubi pro custodiendo Sacramenti Poenitentiae sigillo, nulla humana vi referando, animam suam ponere non dubitavit. Etenim labente anno Domini millesimo trecentesimo octogesimo tertio, quum Wenceslaus paterna virtutis immemor, agente humani generis hoste, in flagitiorum abyssum praecipuus ruisset, piensissima Regina, viri sceleribus maxime offensa, crudelitatem ejus perhorrescens, uni Deo se totam dicere constituit, ab eo in tanta calamitate subsidium, & solatium deprecatura. Sacrum propterea Confessarii Tribunal adire frequentius, cum lacrymis conscientiam aperire, afflictae se, egenorum curam suscipere, Deum assidue cogitare, & diu, noctuque obsecrare, ut meliorem Conjugi mentem daret, quem pridem a pessimo vitae instituto revocare

† Ego Petrus Episcopus Sabiniensis Cardinalis O-
tobonus S.R.E. Vicecancellarius.
† Ego Laurentius Episcopus Tuscanus Cardinalis
Corsinus.
† Ego Joseph Renatus Tituli S. Laurentii in Lu-
cina Presbyter Cardinalis Imperialis.
† Ego Annibal Tituli S. Clementis Presbyter Car-
dinalis S. R. E. Camerarius.
† Ego Ludovicus Tituli S. Praxedis Presbyter Car-
dinalis Pius de Mirandula.
† Ego Joannes Antonius Tituli S. Petri ad Vincu-
la Presbyter Cardinalis de Via.
† Ego Antonius Felix Tituli S. Balbina Presbyter
Cardinalis Zondadarius.
† Ego Petrus Marcellinus Tituli S. Mariae Transi-
berim Presbyter Cardinalis Corradinus.
† Ego Curtius Tituli S. Eustachii Presbyter Car-
dinalis Origus.
† Ego Melchior Tituli S. Mariae Angelorum Pres-
byter Cardinalis de Polignac.
† Ego Nicolaus Tituli Sanctorum Nerei, & Achil-
lei Presbyter Cardinalis Spinola.
† Ego Julius Tituli S. Chrysogoni Presbyter Car-
dinalis Alberonus.
† Ego Cornelius Tituli S. Caecilia Presbyter Car-
dinalis Bentivolus de Aragonia.
† Ego Ludovicus Tituli S. Prisca Presbyter Car-
dinalis Belluga, & Moncada.
† Ego Michael Fridericus Tituli S. Sabinae Pre-
sbyter Cardinalis de Albanis.
† Ego Alvarus Tituli S. Bartholomaei in Insula
Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
† Ego Bernardus Maria Tituli Sancti Bernardi ad
Tiberim Presbyter Cardinalis de Comitibus,
major Penitentiarius.
† Ego Joannes Baptista Tituli S. Matthei in Me-
rulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.
† Ego Vincentius Tituli S. Onuphrii Presbyter
Cardinalis Petra.
† Ego Prosper Tituli S. Silvestri in Capite Presby-
tero Cardinalis Marefiscus.
† Ego Frater Augustinus Tituli S. Mariae super Mi-
nervam Presbyter Cardinalis Pipia.
† Ego Nicolaus Tituli S. Mariae in Domnica Pre-
sbyter Cardinalis Coscia.
† Ego Nicolaus Maria Tituli SS. Joannis, & Pan-
li Presbyter Cardinalis Lercarius.

† Ego Frater Georgius Tituli S. Augustini Pre-
sbyter Cardinalis Sella Ordinis Praedicatorum.
† Ego Frater Vincentius Ludovicus Tituli S. Pan-
cratii Presbyter Cardinalis Gotti Ordinis Prae-
dicatorum.
† Ego D. Leander Tituli S. Calixti Presbyter Car-
dinalis de Porzia Ordinis S. Benedicti.
† Ego Petrus Aloysius Tituli S. Laurentii in Pa-
ne, & Perna Presbyter Cardinalis Carafa.
† Ego Joseph Tituli S. Mariae de Transpontina
Presbyter Cardinalis Accorambonus.
† Ego Benedictus S. Mariae in Via Lata Diaconus
Cardinalis Pamphilius.
† Ego Laurentius S. Agatha ad Montes Diaconus
Cardinalis de Alteriis.
† Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus
Cardinalis Columna.
† Ego Fabius Sanctorum Viti, & Modesti Diaconus
Cardinalis de Sobatibus Olivevius.
† Ego Alexander Sanctae Mariae in Cosmedin Diaconus
Cardinalis Albanus.
† Ego Alexander Sanctae Mariae de Scala Diaconus
Cardinalis Falconerius.
† Ego Nicolaus Sanctae Mariae ad Martyres Diaconus
Cardinalis Judice.
† Ego Antonius S. Nicolai in Carcere Diaconus Car-
dinalis Banchevius.
† Ego Carolus S. Mariae in Porticu Diaconus Car-
dinalis Collicola.

J. B. Archiepiscopus Nisibenus Subdatarius.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyranus.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Felix Franciscinus R.C.A. Secretarius.

CCLXVIII.

Confirmatur Summarium Indulgentiarum con-
cessarum Crucibus, Rosariis, Numismatibus,
& Coronis benedictis ab Abbate Monasterii
Montis Serrati Congregationis Vallisoletanæ
Ordinis S. Benedicti.

Dat. 1. Mart. 1729. Ann. 5.

Alia hujus Const. ed. 1726. Aug. 19. P. 3. actum
fuit de modo electionis Abbatis dicti Monasterii.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

P lis Orthodoxorum Principum de Ecclesia
Dei multis nominibus optime meritum
studii paterna charitate libenter obsecupdamus.
sicut

Exordium.

sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, bonorum-
que operum incrementum, & Christifidelium
devotionem ad pietatis opera incitandam, &
consovandam salubriter in Domino expedire
arbitramur.

Summarium
pred. a Con-
gregatione
Indulgentia-
rum recogni-
tum, & ap-
probatum
fuit.

S. 1. Pro parte squidem Charissimi in Chri-
sto Filii Nostri Philippi Hispaniarum Regis Ca-
tholici, & Charissime in Christo Filiae Nostrae Eli-
sabethae earumdem Hispaniarum Reginae Catho-
licae conjugum Nobis nuper expositum fuit,
quod alias Summarium Indulgentiarum Cruci-
bus, numismatibus, Rosariis, & Coronis a pro-
tempore existente Abbate Monasterii Montis
Serrati Congregationis Vallisoletanæ Ordinis
Sancti Benedicti in Cathalaunia benedictis con-
cessarum de mandato Congregationis Venera-
bilium Fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ec-
clesiae Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reli-
quiis praepositorum per sex Confatores ad id
specialiter deputatos confectum, & ab eadem
Congregatione Cardinalium recognitum, & ap-
probatum fuit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Referretur ip-
sum Sum-
marium.

S. 2. Summario dell'Indulgenze date alle
Croci, Rosarii, e Medaglie benedette dall'Ab-
bate del Monastero della Madonna di Monfer-
rato in Spagna.

La Santità di Nostro Signore Papa Bene-
detto XIII., dopo aver udito il voto della Sa-
gra Congregazione dell'Indulgenze, e Reliquie,
concede alle Croci, Rosarij, e Medaglie benede-
tte dall'Abbate del Monastero della Madonna
di Monferrato le seguenti Indulgenze.

I.

Chi farà solito dire una volta la settimana
la Corona del Signore, o della Madonna, o il
Rosario, la terza parte, o l'uffizio divino, o il
piccolo della Madonna, o de Morti, ovvero i
Sette Salmi Penitenziali, o Graduali, overò
averà per usanza d'insegnare la Dottrina Cristia-
na, o visitare i Carcerati, o gl'Infermi di qual-
che Spedale, o di sovvenire i Poveri, o d'inter-
venire alla Messa, o dirla essendo Sacerdote, se
veramente pentito, e confessatosi da Confesso-
re approvato dall'Ordinario si comunicherà in
qualivoglia degl'infra scritti giorni, cioè Nata-
le del Signore, Epifania, Resurrezione, Ascen-
zione, Pentecoste, Feste della Santissima Trini-
tà, e Corpus Domini, Feste della Purificazione,
Concezione, Annunziazione, Assunzione, e
Natività della Beatissima Vergine, nel di primo
di Novembre Festa di tutti i Santi, e nel giorno
Festivo di S. Benedetto, e divotamente pregherà
Dio per l'estirpazione dell'eresie, e degli Scis-
mi, per l'aumento della Fede Cattolica, per
la pace, e concordia de' Principi Cristiani, e
per l'altri bisogni di S. Chiesa, in esò giorno
acquista la remissione di tutti i suoi peccati, e
l'Indulgenza Plenaria.

II.

Chi farà le stesse cose nell'altre Feste del Si-
gnore, della Beatissima Vergine, nelle Feste
de' Santi Apostoli, di San Giuseppe, e di Santi
Mauro, e Placido, Scolastica, e Geltrude del-
l'Ordine di S. Benedetto, in ciascuno di detti
giorni consegnerà sette anni, ed altrettante qua-
rantene d'Indulgenza.

III.

Chi farà solito dire una, o più volte il giorno
benedetta sia la purissima, ed Immacolata Con-
cezione, quadagni per una volta il giorno quaran-
ta giorni d'Indulgenza.

IV.

Ciascuno, che dirà il Rosario, corona del-
la Madonna in onore della sua Purissima, ed Im-
macolata Concezione, pregandola, che inter-
ceda appresso il suo Divino Figliolo, acciò viva,
e muoja senza peccato mortale, consegua sette
anni d'Indulgenza.

V.

Chi farà ogni giorno orazione per l'estir-
pazione dell'eresie, consegua ogni settimana
vent'anni d'Indulgenza.

VI.

Ciascuno, che la sera prima di andare a
dormire farà l'effame della sua Coscienza, e di-
rà cinque volte *Pater Noster*, e *Ave Maria*,
con proposito di Confessarsi, consegua un'anno
d'Indulgenza, ed essendo Confessato, e Co-
municato in quel giorno nè consegua dieci anni.

VII.

Ciascuno, che mosso dalla devozione, che
porta a S. Giuseppe, S. Benedetto, San Mauro,
S. Scolastica, e S. Geltrude dirà il Salmo *Mi-
serere mei Deus* &c., o cinque volte il *Pater No-
ster*, & *Ave Maria*, dicendo che Dio Signor
Nostro, per la loro intercessione, confervi la
sua Chiesa, ed a lui dia buona morte, consegua
cento giorni d'Indulgenza.

VIII.

Chi farà solito una volta almeno la Setti-
mana dire la Corona, o il Rosario, o l'Ufficio
della Madonna, o de Morti, o i Vespri, ed un
Notturno almeno colle Laudi, o sette Salmi Pe-
nitenziali colle Litanie, e sue Preci, o per divo-
zione del Santissimo Nome di Gesù, o delle cin-
que Piaghe dirà cinque volte il *Pater Noster*, o
per divozione del Nome della Madonna cinque
volte *Ave Maria*, o l'Antifona *Sub tuum presi-
dium* &c. con qualivoglia orazione approvata
della Madonna, quadagni in quel giorno, che
ciò dirà cento giorni d'Indulgenza.

IX.

Chi farà qualunque sorte d'orazione prepa-
ratoria avanti di celebrare la Messa o comu-
nicarsi, o di recitare l'Ufficio del Signore, o
della Beata Vergine consegnerà ogni volta cin-
quanta giorni d'Indulgenza.

X.

Chi visiterà i Carcerati, o gl'Infermi degli Spe-
dali, ajutandoli con qualche opera pia, ovvero

in Chiesa insegnando la Dottrina Cristiana, o in Casa a proprij Figli, Parenti, o Servitori, oltre l'Indulgenze perciò concesute da altri Sommi Pontefici, guadagni ogni volta ducento giorni d'Indulgenza.

XI.

Chi nel giorno di Venerdì penserà divotamente alla Passione, e Morte di Gesù Cristo Signor Nostro, e dirà tre volte il Pater e l'Ave Maria in quel giorno guadagni cento giorni d'Indulgenza.

XII.

Chi accompagnerà divotamente il Santissimo Sacramento, quando è portato per Viatico agl'Infermi, oltre l'Indulgenze, che per opera così pia hanno date altri Sommi Pontefici, acquistati sett'anni d'Indulgenza.

XIII.

Chi per devotione della Passione di Gesù Cristo Signor Nostro digiunerà li Venerdì dell'anno, o per divozione della Madonna li Sabati guadagnerà per ogn'uno de sudetti giorni Indulgenza di sette anni, e sette quarantene, e quei, che Confessati, e comunicati averanno esercitato per tutto l'anno la predetta devozione, l'Indulgenza Plenaria, quale goderanno quelli, che morendo dentro l'anno, averanno avuta intenzione di compirla.

XIV.

Chi dirà tre volte il Pater Noster, e l'Ave Maria per li Fedeli, che sono in tranfito conseguirà quaranta giorni d'Indulgenza.

XV.

Chi col suo esempio, o consiglio ridurrà a penitenza qualche Peccatore, consegua il perdono della terza parte delle pene dovute a suoi peccati.

XVI.

Chi si confesserà, e Comunicarà nelli Giorni di Giovedì Santo, e Pasqua, e pregarà sua Divina Maestà per l'etaltazione della Santa Madre Chiesa, e conservazione del Sommo Pontefice, consegua l'Indulgenza, che Sua Santità concede in detti giorni nella Benedizione, che dà pubblicamente al Popolo.

XVII.

Chi udirà, o sentirà la Santa Messa, e se è Sacerdote, pregarà per la prosperità de' Principi Christiani, e per la tranquillità de' Stati loro, guadagni l'Indulgenza di sett'anni, e sette quarantene.

XVIII.

Chi pregarà per la conservazione, & aumento della Religione di S. Benedetto, sarà

partecipe di tutte quelle opere buone, che si faranno in essa Religione.

XIX.

Qualsivoglia, che per Infermità, o altro impedimento legitimo non potrà sentire, o dir Messa, e recitare l'Ufficio divino, o di Nostra Signora, o fare altri esercizi di virtù prescritti, per conseguire le sudette Indulgenze, le conseguirà dicendo in luogo di esse tre Pater Noster, e tre Ave Maria, ed una Salve Regina, ed al fine d'essa dirà benedetta sia la Santissima Trinità, e lodato sia il Santissimo Sacramento, e la Purissima Concezione della Santissima Vergine Maria concepita senza peccato originale, con condizione però, che sia confessato, e comunicato, o almeno sia contrito nel cuore, con proponimento di confessarsi.

XX.

Qualunque nell'articolo di Morte, avendo ricevuti li Sacramenti, o non avendoli ricevuti per alcun impedimento, sarà contrito, dicendo Gesù, e Maria col Cuore, non potendo colla bocca, guadagni Indulgenza plenaria di tutti i suoi peccati.

XXI.

Tutte le Indulgenze dette di sopra può ciascuno guadagnarle per se, o pure applicarle per l'Anime del Purgatorio.

§.3. Commanda Sua Santità, che nella distribuzione, ed uso di queste Medaglie, Corone &c. si osservi il Decreto della felice memoria di Alessandro VII. stampato sotto li 6. Febbrao 1659., cioè, che le Medaglie, Corone &c. benedette colle sopradette Indulgenze non passino la persona di quelli, a quali saranno concesute, o a quali da questi saranno distribuite per la prima volta, e che non pollino prestarsi ad altri, o darsi precariamente, altrimenti perdano l'Indulgenza, che hanno, e che perdendosene una, non se ne possa sostituire in suo luogo un'altra, non ostante qualunque concessione, o privilegio in contrario.

In oltre dichiara, che se qualcheduna delle sudette Croci, Corone, Rosarii, o Medaglie si perdesse, non se ne possa sostituire un'altra, che non sia stata benedetta dall'Abbate di Monferrato.

Proibisce di più, che per queste Croci, Corone, Rosarii, e Medaglie non si possa prendere qualunque minima cosa, sotto pena della perdita di tutte l'Indulgenze, ed altre pene Canoniche da darsi da' Vescovi, o dall'Inquisitori della Fede a' Questori, o altri che rendono venali le cose sagre.

Dichiara ancora la Santità di Nostro Signore, che tutte le altre Indulgenze, e Grazie, che si afferiscono concesute a dette Medaglie, Croci, e Corone, le quali non sono contenute espressamente nel presente Sommario, siano nulle, e dalla Santità Sua espressamente revocate. Dato li due Gennaro 1727.

L. Cardinalis Pico Praefectus

Raffaello Coscino Girolami Segretario.

§.3. Cum

Preces Regis, & Reginae Hispaniarum.

§.4. Cum autem, sicut eadem Exposito sub- jungebat dicti Philippus Rex, & Elisabetha Regina, Summarium hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolica confirmationis nostrae patrocini communiti summopere desideret, Nos laudabilia eorumdem Philippi Regis, & Elisabethae Reginae erga res sacras studia plurimum in Domino commendantes, piisque eorum precibus favorabiliter annuere paterna benignitate cupientes, de memoratorum Cardinalium consilio, praesertim Summarium Indulgentiarum auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus. Praeterea nunc, & pro tempore existentis Praesidentis, seu Superioris praedicti Monasterii, absente, vel impedito illius Abbate Cruces, Rosaria, numismata, & Coronas hujusmodi benedicendi facultatem, auctoritate, & tenore praedictis concedimus, & impertimur: salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio relati Summarii.

Causale.

§.5. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque, & non aliter in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transmitti.

§.6. Volumus autem, ut praesentium Litterarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in judicio quam extra illud ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus literis haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

CCLXIX.

Dat. 21. Martii 1729. An. 5.

Confirmatur Constitutio Innocentii XIII. super prohibitionem Mercaturae rerum novarum Judaeis tum in Statu, tum extra Statum Ecclesiasticum degentibus.

Laudata Const. edita fuit 1724. Jan. 14. P. 3.

BENEDICTUS PAPA XIII

Ad futuram rei memoriam.

Constitutio praed. Innoc. XIII. qua Judaeis rerum novarum mercaturam prohibuit; Clementis VIII. vestigiis infens, cujus

Alias emanarunt a rec. me. Innocentio XIII. Praedecessore Nostro literae in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur videlicet:

§.1. Ad futuram rei memoriam. Ex injuncto Nobis calitus Apostolicae servitutis munere illa, quae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris ad gentis Judaeorum Christiano nomini jugiter infensa perdidit, & cupiditatem coer-

endam provido consilio emanasse noscuntur, ut solidiori robore perennent, Apostolici muniminis nostri praesidio libenter constabilimus, ac alias desuper opportune providemus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire. Dudum siquidem per felic. record. Clementem Papam VIII. Praedecessorem nostrum accepto, quod Judaei quarundam super confirmatione Constitutionis pia mem. Pauli Papae IV. similiter Praedecessoris Nostri, per quam inter caetera fanciebatur, ut iidem Iudei in Urbe, & reliquis S.R.E. Civitatibus, Terris, & locis degentes sola arte stracciarie, seu Cenciariae, ut vulgo dicitur contenti, aliquam mercaturam frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usum humanos necessarium facere nequirent, a famem. Pio Papa V. Praedecessore nostro editarum literarum observantiam aliquantulum relaxare, praesertim in locis ab eadem Urbe remotis, & nominatim in Civitate Avenionensi, & Comitatu nostris, tunc suis Venissimi in desuetudinem trahere dignoscantur; Idem Clemens Praedecessor literas, & Constitutionem praedictas, ut par erat, inviolate observari volens, illas auctoritate Apostolica confirmavit, ac omnibus, & singulis, quos literae, & Constitutio hujusmodi concernebant sub poenis in eis contentis injunxit, ut illas, & in eis disposita observarent, & observari curarent; ac nihilominus suis, & Apostolicae Sedis Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus, & Ministris signanter in Civitate Avenionensi, & Comitatu Venissimi praedictis pro tempore existentibus districte praecipiendo mandavit, ut literas, & Constitutionem praefatam in Civitatibus, Terris, & locis quibuscumque, praesertim dicti Comitatus, & Legationis Avenionensi omnino observari facerent, & inter alia Iudaeis ibidem degentibus, ne merces rerum novarum, seu tantummodo ipsas res veteres vendere, & mercari praesumerent, expresse prohiberent, in contravenientes poenas in Literis, & Constitutione hujusmodi comminatas irremissibiliter exequendo, & alias, prout uberius continetur in ipsis Clementis Praedecessoris literis in simili forma Brevis cum eorumdem Pii, & Pauli Praedecessorum literarum, & Constitutionis praedictarum insertione desuper expeditis tenoris qui sequitur, videlicet:

Constitutio nem refert, & confirmat.

AClem. VII. Idem stratum, & mandatum fuit.

Constitutio praed. Clem. VIII. cum in fensione literarum Pii V. & Pauli IV. eadem super re.

§.2. Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum semper accidere possit, ut vel temporum injuria, vel hominum negligentia, aut alias ea, quae a Romanis Pontificibus provide fanciuntur, paulatim in desuetudinem abeant, ideo expedit quandoque eorum memoriam adhibito confirmationis, & innovationis remedio per eosdem Romanos Pontifices revocari, ut illa perpetuo firmiora persistant. Dudum siquidem a fel. rec. Pio Papa V. Praedecessore nostro emanarunt literae confirmatoriae, Constitutionis pia mem. Pauli Papae IV. similiter Praedecessoris nostri contra Judaeos editae tenoris subsequenter, videlicet:

§.3. Pius Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam = Romanus Pontifex Christi Vicarius in terris nonnunquam ea, quae pro zelo Religionis a ceteris Romanis Pontificibus Praedecessoribus suis concessa dicuntur, ut illibata persistant, approbat, & confirmat, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Dudum fel. rec. Paulus Papa IV. Praedecessor

Litterae Apostolicae d. Pii V. confirmatoriae Constitutionis Pauli IV. de eadem re emanatae.

no-